



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

40 Praelatus in casu devolutionis debet declarare caducitatem feudi, & dominium utile cum directo, Ecclesiae esse consolidatum, & tunc mensae Ecclesiae incorporatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

statu de non alienando, inconsulto Romano Pontifice, quia non videtur nova alienatio, ex quo à principio fuit sancitum, ut illa bona darentur in feudum, ut ibi per Abb. eodem num. 2. & quia feuda non possunt dici de mensa, cum alius percipiat fructus, & habeat utile dominium, directo penes Prælatum remanente, & de novo ad Ecclesiam reversis, est permessa nova infeudatio. Innocent. in cap. super, post med: de reb. Eccles. non alienan. & gloss. in Clement. unic. in ver. ad mensam, de excess. præl. & ibi Abb. num. 12. quæ tamen jura fuerunt correctæ in pluribus, tam per extravag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alienan. q. à vi per dictam constitutionem Pii V. & confirmationem Innocent. IX. de quibus

38 supra: quia, aut illa feuda † dependent immediatè, & principaliter à Camera Apostolica, à qua feudatarii fuerunt investiti, & tunc in casu devolutionis, absque ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione sunt eo ipso Sedi, & Camera Apostolicæ incorporata, ac ad jus, & dominium pristinum, & possessionem reversa, ut sunt verba expressa ejusdem Constitutionis Pii V. & Innocent. IX. de quorum potestate non est ambigendum; quia Papa est omnium bonorum ecclesiasticorum summus administrator. Innocent. in cap. non erit, de sentent. excomm. Abb. in cap. constitutus, num. 13, de relig. dom. & Navarr. de spol. cler. §. 9, num. 2, cum aliis citatis supra, paulo post prinè.

39 Aut vasalli non capiunt † investituram à Sede Apostolica, sed ab Episcopo, & eo casu, aut devolvuntur terræ, castra, oppida, vel loca etiam mediatè Sedi A-

postolicæ subiecta, & tunc etiam, quòd meventur à directo dominio mensarum Episcopaliū, Abbatialium, aut aliarum Ecclesiarum, & quòd decedentes consueti fuerint infeudari à Prælatis earundem Ecclesiarum, quòd de sic devolutis non possent novo feudum disponere per declarationem, & ampliacionem ejusdem Innoc. IX. ibi, prohibitam fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudacionem, ac alienacionem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subiectorum, & si de illis in feudum, aut aliàs quomodolibet disponunt investitura, & dispositiones tanquam contra formam, & dispositionem dictarum constitutionum factæ, sunt ipso jure nullæ, ut in d. extravag. Ambitiosa. §. si quis autem.

40 Potest tamen Prælatus hoc casu † declarare caducitatem, & dominium utile cum directo Ecclesiæ esse consolidatum, quæ declaratio requiritur, cum res feudalis intelligatur reverti, etiam ob aliquod maleficium commissum, si dominus voluerit, & declaraverit, & non aliàs, gloss. in l. 2. & ibi Bar. ff. si ager vetal. vel emphyt. & Jus. post Abb. Sal. Jo. de Imol. & Alexand. quos citat in l. 2, c. de jur. emphyt. num. 6, 8. & 9. & tunc mensæ Ecclesiæ acquiritur, & incorporatur. Nec Camera & Sedi Apostolicæ devolvitur infeudatio, cui per dictas constitutiones in eventum devolutionis non repetiuntur feuda reservata, nec præsumitur, quia reservationes † sunt odiosæ, & strictè intelligendæ, gloss. in cap. presenti, in ver. finitur, post medium, de off. leg. in 6. Cassad. decis. 30